4
h
7

6
30 M
33

4.-6.C.7

15.45

Tres poſteriores
Libri Codicis Iuſtiniani

Pyrrhi Anglebermei Aureliani legũ p̄feſſoris: opera diligenter tum emaculati: tum iterpretati eiuſdemqꝫ de Ro. magiſtratibus libri tres elegãtiſs. Venales ſunt Apud inclytã Aureliam litterarũ parentem in Edib᷑ optimi bibliopole Jacobi Houys in ſcribarũ via.

Ex legato Ill.mi Cocini

Cum Priuilegio.

BIBL. SOC. IESU COLL. ROM.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

4. 6. C. 7.

Nicolai Barptolomei Lochienſis beate Marie a bonis nūcijs prioris Ad excellentiſs. iuris vtriuſq; doctorem Pyrrhum Anglebermeum Hendecaſyllabon.

Mos eſt (cādide Pyrrhe) iā receptꝰ:
Queis & preſſius/ & minus ſolute:
Queis & laxius: & magis licenter/
Exundans datur eloqui apparatus/
Si quē laudibus anteferre cuiuis.
Dicendi ratione moliuntur:
Vtuntur quoq; cōparatione.
Cedat: conticeat: faceſſat (aiunt)
Zeno/ vel Cicero/ id genuſq; plures
(Quoꝝ alte titulis ꝓhemiantur)
Ciuilis nimium eruditionis
Expertes: modo q̄ reo haud vocato.
Fruſtra iudicium ferant iniqui.
Mos hic tātū aberit (diſerte Pyrrhe)
Percēſendo opere in tuo/ vt ꝓbetur.
Q̄tū/ quotquot adhuc fruūt̄ aura:
In fatum quot itē exiere docti/
Omneis iuris ego huc peritiores
In teſtes celer aduoco viator:
Iuris lux iterum penetret alpes.

Lux (inq̄) Decius: ducem mihi quē
Ad ius gaudeo prefuiſſe ſanus:
Pice audi: audiat hoc ſciens Iaſon.
Sed noſter. q̄d ego hūc magis vocari
Noſtrū: quum potius ſit orbis/ vnꝰ
Iſq; excelſus apex ſcientiarum:
Vallus/ foſſaq; iuris/ ac potente
Deli pręſide Deloinius omni
Maior parte: oculis (q̄bus per oēis
Res tam lynceus eſt) tuam reuoluat
(Quę lucē petit: & negat tenebras)
Fæturam. nihil hac magis relutū.
Nil limatius: aut magis politum
Se vidiſſe fatebitur venuſte.
Sed ſi (Pyrrhe) meū minus recuſas
Quodq̄ iudiciū ē: mihi nec ipſe.
Exſcripſiſſe aliter poteſt videri
Veſter Iuſtinianus imperator.
Q̄tu (reſtituendo quęq;) cenſes.

Ad illuſtriſſimum Anto. a prato magnū vtriuſq; Gallie Cancellariū Pyrrhi Anglebermei Aureliañ. iuriſconſulti in tres libros Codicis recognitos prefatio.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

TRes Iuſtiniani Codicis libros qui poſteriores circūfe=
runtur deſerto (quod aiunt) vadimonio legendos ab iis pręſertim qui in
foro/qui in republica/ quiq; in principum prętoriis vitam degunt/tem=
porum miſeria miſere corruptos/conciſos/mutilos emendare/& ſi qua
liceret enodare pro virili mea ſtudii/nauata mediuſſidius in id negocii
(quod periculoſę plenum eſt aleę/multorūq; opinione prodigioſum) non
parum diuturni temporis neq; parum diligenti opera. quod impenſe do
cti ſimul & ſeduli viri/non homūcionis ſcioli/quod omnifariam eruditi legum bonarūq; ar
tium profeſſoris negocium fuerat: Verum id ab aliis neglectum in euentum omnem mihi
potius vtrūq;/iactaq; alea quam nemini capeſſendum iampridem ratus ſum. Eniuero (Cā
cellarie vir integerrime) ſi plurimum ſapiunt ſi laudantur/ſi iure deniq; ſibi perplacent quo
rum litterarius cultus et priuatim et publice nonnullo in queſtu eſt: non erit omnino con=
temnēdus iſte qualiſcūq; labor meus qui viſus eſt mihi cunctas Herculis erumnas ſuperaſ=
ſe. Vnde mihi non parum acceſſit (modo lucrum aliquod in doctrina iuſte collocetur) ſtu=
dioſis ſi non ſatiſfactum: inuentum certe eſt quod haud adeo parui ſit momenti/ nempe nō
niſi ex claris receptiſq; authoribus adductum interuertit ſepe ac non ſemel remorata eſt ſcri
bendi pertinaciam difficultatis imago ſeſe paſſim opponens eunti/ac de via ſubinde reuo=
cans/vie tamē auidum. ſed nequaq̄ vicit reſpirantē. & redintegratum laborē haud omnino
fregit. Meliore nāq; fortuna dignum eſt hominis ingenium quam vt eſtimatione vlla vel
ſpecie laboris ſuperetur: quam vt meliores conatus foelicis euentus deſperatione cohibeat:
et eueſtigio nulla re geſta deturbet/alioqui ceſſuram īduſtrie pertinaci fortunam. Quamq̄
non abeſſet ab hoc opere vel temeritatis vel improbitatis ſuſpicio (vt fit cum inſana quadā
ſcribendi bili docti iuxta indoctiq; fere atq; hi adeo magis quam illi vexantur) niſi & tenta
tum et abſolutum eſſet a me/viris egregie doctis & claſſicis ī pręſidium indētidem adſcitis
niſi mutis quoq; preceptoribus vndecūq; ac quibuſcunq; impenſis in eam rem exquiſitis col=
latiſq; omnium quos integro decennio vel audire vel legere atq; ad lucernam Cleantis re=
uoluere licuit: quoſq; perpetuo citaui ſententiis. quorum veſtigia paſſim atq; examuſſim ſe=
quutus qui fieri poteſt vt errauerit? Abſolutum prope opus Alexādri? Budei/Eraſmi/Be=
raldi quorūdāq; idgen⁹/atq; Iuriſcōſultorū auxilio/non medio criter auxit Frāciſci medulle
ſenatoris eruditiſſimi iudiciū q̄ tēpore libros Alciati mediolanēſis abſolutiſſimi viri p mi=
nutiū ꝯſiliariū īſubrū eloquētiſſimū iuriſcōſultū ad nos oportune (nōdū īpoſito colophone)
perlatos cū noſtris cōmentariis ꝯtulim⁹: a quo ſi nōnunq̄ haud tñ libēter diſſentio vtpote ſo=
lerti ac frugi viro: cui⁹ ampliores paradoxorū/diſpunctionū/p̄termiſſorūq; libros mihi ex=
pectatos/a Minutio promiſſos: vtinam in tempore accepiſſem propediem (vt ſpero) ma=
gnoq; ſtudio perlecturus. Cōtulere mirūimmodum mihi quidam carie obſiti vetuſtiſſimi
Codices ex Hugonis fumerii Burgundię pręſidis de me ac de tota Gallia benemeriti/Ioā
nis de Guellis/Valentis/regii ſenatoris/Petri Berruyeri aduocati fiſci conſummatiſſimi/
Clementis Mileberti conſultiſſimi viri/ Ioannis hominis collegę mei ſapientiſſimi locu=
pletiſſimis bibliothecis mihi multos menſes vtendi traditi. nam ingrati putem animi
nō commemorare in prefatione per quos profecerim. Ariolari vero (bone deus) et allucina

ri quam ſepe neceſſe fuit? Vtpote illic vbi prenatator deerat ꝓdromuſq́/ quemadmodum
in Gryppis iſtis vſu venit. Perpauca tamen ſunt (quod reor) quibus non aliquid lucis addi-
tum videatur. Si quid hoc gratie habeat: non mihi relatum velim: ſi plane ruſticum viſum
ſit/ingenii magis tarditatem aut operis molemquam negligentiam accuſari iure meo po-
ſtulo. Cōmentariis ſtyli velut quandam incuriam partiq́ delecti ſermonis vſum haud gra-
uate pro rei argumento ac ꝓfeſſionis noſtre legibus moribuſq́ cōcedi poſco: non vt trutinē
tur hec tumultuaria penſiore libra/quando hic in iſtis eloquētiam deeſſe blattire ſolet/ Ille
rerum copiam & antiquitatis maieſtatem deſyderat/ali⁹ fortaſſe vel prorſus latine vel bar-
bare prorſus ſcribendum ſentiet. Abſit a me vt bene docteq́ ſcribendi gloriam(quę perpau
corum eſt) mihi arrogare velim/mihi ipſe conſcius quam in ea re ſim prepoſterus/ neq́ ne
ſcius longi temporis filium eſſe ſtylum. Ego(que noſtra eſt audacia) nugas etiam iſtas tibi
nuncupabo magno Galliarum Soloni/noctuas athenas allaturus/ nempe leges legiſlatori
daturus ſed incultas homini politiſſimo. Verum alioqui munus tibi congruum/ quando
his legibus iura publica/principum poteſtas/magiſtratuum officium/militie mores/ſena-
torius ordo/popularis ſtatus/equeſtris dignitas/omnia (vt ſemel finiam) prope reipublice
negocia pulchra deſcribuntur ſerie. quę res omnis tuis (Vir ampliſſime) velut humeris im
poſita non opprimit vnum athlantem robuſtiſſimum ęque ac conſtantiſſimum. Vtinam
tam ego docte(magne Cancellarie) tā́q́ perite definirem illa munia quam tu ſapienter ex-
erces atq́ cōſtituis. Interim Valebis & lucubrationes laboreſq́ Pyrrhi tui nō auerſaberis.
Ex Aurelia q̃rto Calēdas Auguſti. Anno dn̄i Milleſimo Quingēteſimo decimooctauo.

Νικόλεω Βεράλδου

σπουδαίων ἕνεκεν ταύτην βίβλον ἔκκαμε πυῤῥοσ
πυῤῥὸσ ἐπιθάμενοσ τὴν μεγάλην σοφίην
οἶδεν θεσμοτετῶν συγγράμματα. δίδεκεν ἄλλων
πάντα γὰρ ἐν τούτῳ τῷ βιβλίῳ φανερά

De Magiſtribus Romanis li- bri tres. Primus de togatis ſeu pa latinis.

Conſu- les. COnſules quo pacto regi-
bus exactis Romę duo
creati ſint ſatis cōſtat ex
liuio & pompo. iurecon.
in.l.ii.de origi.iur. vbi &
iterdum plures poſterio
re ſeculo finiſſe tradun-
tur Calēdis Ianuariis inibant conſulatum/
nonnūq̄ et alio menſe. In eburnea ſella ſede-
bant/iouis tēplū adibant/dū in capitoliū ad
vota nūcupanda proficiſcebātur. De his &
proconſulibus procōſularibuſq; Budeus ex
antiquis docte ac eleganter. Cęterum quod
huc pertinet pecunia largitioneq; in magi-
ſtratus petitione ſibi ſuffragatorū ſtudia cō-
ciliaſſe legitur /quod non ab oībus receptū
eſt: ineuntes magiſtratum munera q̄ miſſi-
Spar- ſio. lia dicta ſūt ſpargebāt. Hec ſparſio Iuſtinia-
ni lege prorſus abrogata eſt. in ti. de conſuli.
& nō ſparg. pecu. li. xii. Qui mos quoq; a Fla
uio Vopiſco i Aureliano dānatur. & Sue-
to. ſcribit de prodiga largitione Caligulę q
congiariū populo dedit conſul trecenos ſex-
tertios. Cicero Murenę magnificētiam de-
ſcribit qui ſumptuoſiſſimos i pretura ludos
fecit qui mox in petitione conſulatus admo
dū ꝓfecerint vtpote apud populū ludis ſpe-
ctaculiſq; atq; munerib⁹ magnopere captū.
Habēt conſules inſigne magiſtrat⁹ lictores
ꝓcedentes et ſecurim faſceſq; geſtātes. Illā
qua contumaces obduratoſq; excidant hos
vero quibus nondū aſſiduos caſtigent. Nā
& de faſtibus in his quoq; libris agit̄. & ply.
Betul- la. lib. xvi. ex betulla gallica arbore terribiles
magiſtratibus virgas fieri ſcribit. Habebāt
& illi accenſum de quo idem i ſeptimo. Ac-
cenſo cōſulū id pronūciante qui tanq̄ pręco
Accen ſus. erat. Accenſum vero militare quoq; eſſe mu
nus alio loco in his libris oſtēdi vbi de comi
cularijs et optione. de procōſulibus & eorū
legatis et legatorū numero dixi in tit. de ap
parit. procon. Quibus vero bailliui ac ſene-
ſcalli apud nos ꝯparentur nolo Budeo aliqd
addere pręſertim cū huius temporis ac pa-
trie magiſtratus haud vſquequaq; cū illis cō
ferri poſſint: fuit autē procōſul prim⁹ publi⁹ Procō- ſul.
philo cui primo prorogatū eſt imperiū. Nā
Liuius libro ab vrbe octauo procōſules ait
eſſe quibus finito conſulatu prorogabat̄ ipe
riū. Feneſtella de proconſulibus a Tito qui-
tio auſpicat̄ atq; alia ſcribit. Cōſulibus cura
maioris prouincię ac minoris dabat̄. In mi
nore erant res minoris rei vt ſiluarum cura
de qua Maro. Siluę ſūt cōſule dignę ne ma-
teria fabricandis nauibus deeſſet. Hec de is
ſupra quā pro re ſuſcepta opus. Prefect⁹ pre- Prefe ct⁹ pre- torio.
torio authore Alciato ex vetuſtis annalibus
a magiſtro militū diſcrepabat/quod hic cō-
tra hoſtes imperiū tueret̄. Ille ad tuēdā ſa- Magi- ſter mi- litum.
lutē principis excubias ageret. Hūc ego pręe
fectū nō video plane cancellario noſtro cōpa
rari poſſe/pręſertim cū olim fuiſſe pręfectos Cācella rius.
pretorio per galliā legim⁹ qui et palatii prę-
fecti dicebant̄ cuiuſmodi Coneſtabilē vox Cōne- ſtabilis
appellat gallica. Erat enī proxima a rege di
gnitas ad quā potētiſſimi quiq; Frācorū pro
ceres ſumma cōtētione nitebant̄. Qua fun
cti ſunt Ebroynus/ Marcellus Pipinus &
pleriq; Danielē quoq; ſacerdotē prio preto-
rianis ipoſuere id eſt palatinis (nā ꝓtoriū
principis tabernaculū atq; palatiū erat) do-
nec promiſſiore capillo et barba eſſet. vnde
tonſu (vt Riti⁹ inqt) habituq; mutato e prę
fectura pretorii ad regale faſtigiū eſt euect⁹
quod alii dicūt Cancellarii inſtar habuiſſe.
In francia prim⁹ ſenatores inſtituit pipin⁹
eorūq; conſilia non ea que nūc eſt forma. Se-
mel nāq; quotānis principes proceresq; in lo
cum quēdā cōueniebant partim iudicādis li
tibus partim regno conſtituendo/magnos
dies/treſq; ſtatus vulgo appellāt: principes
etiam ſenatus elegit qui curię pręerant qui
ſemper ipſum regem comitabātur. Deniq;
domicilio parrhiſii locum accępere. De ſe-
natus inſtitutione ac mutatione docte ac di
ligenter Budeus ex antiquis monumentis
gallię chartiſq; vetuſtiſſimis in pandectas
fuſius ſcribit. Sed vt ad prefatos pretorio re
deam hi poſteriore ſeculo dicti ſunt quicūq;
ad prouincias regendas mittebantur. Inde
pręfecti pretorio Africe/Orientis/ac illiri-
ci a quorū ſentētia non prouocabatur. Scri-

buntolim prefectum pretorio talem fuiſſe
apud principem qualis fuit magiſter militũ
apud dictatorẽ. Suetonius nunq̃ niſi ab equi
te Ro. adminiſtratam fuiſſe eam dignitatẽ
ſcribit. Ita(vt Ply. inquit)ordinẽ illum Ti-
Mgr̃ equitũ tus honorauit. libet recenſere quid a Paulo
Emilio in eam rẽ ſcriptum extet galicę hy-
ſtorię deſcribẽdę ſtipendario digniſſimo. Is
namqꝫ eum quem Ritius prefectum preto-
rio vocat: magiſtrum equitum appellat qđ
equitatu nobilitas gloriaqꝫ ac vires noſtrę cõ
ſtiterint. Duces ait initio comiteſqꝫ a regibꝰ
prefectos ac pro nutu reuocandos tandẽ niſi
ſceleris cõuicti eſſẽt perpetuos. Eundem in-
Comeſ ſtabuli. quit Stabuli Comitem voce etiam a Iuſti-
niano Cęſare vſurpata dicunt. Procopius p
toſpatarium appellari dixit. Budeus Cõſta
bularium magiſtrum militum vocat. Au-
dies Ply. verba in penegerico. Traianus cũ
prefectum prętorii cingulo donaret digni-
tatis eius inſigni ita dixiſſe ad eum fertur.
Accipito hũc enſem vt ſi quidem recte atqꝫ
e repub. imperauero. pro me. ſin ſecus in me
vtaris. Huius inſtar quam ſimilem magis
eſſe Cãcellarium magnum Budeus ſcribit.
Illic vbi Cancellarii munus ac originẽ tra-
Que-ſtor cã-didatus dit quẽ permulti queſtori cãdidato quę ſum-
ma erat inter togatos dignitas comparan-
dum autumant nunq̃ eadem omnino huius
temporis magiſtratum cum illis compara-
tio fiet. Ceterum ad poſteriores Codicis li-
bros interpretandos ſatis fuerit deſcribere
quod pręfecti prętorio atqꝫ reliquorum mu-
nus fuerit. Itaqꝫ haud ab re erit ſi iureconſul-
ti Aurelii verba de officio pręfecti prętorio
huic loco ſubiecerim qui ad vicem magiſtri
equitum pręfectos prętorio antiquitus inſti
tutos eſſe ait: qui dictatoribus aſſociati prin
cipali curę militię gratia ſecundam poſt eos
poteſtatem gerebant. Inde regimẽtis reip.
ad imperatores perpetuo tranſlatis ad ſimi
litudinem magiſtrorum equitum pręfecti
prętorio a principibus electi ſunt / data eis
pleniorę poteſtate ad diſcipline publicę emẽ
dationẽ. His cunabulis eorum authoritas
initiata intantum meruit augeri vt ab ęis
appellari non poſſit. Sub hec Iuſtinianus in
titu. de offi. pręfec. africę prętorii pręfecturã
in africa maximam eſſe dignitatem ſcribit
Pompo. lętus de Ro. magiſtratibus ait pręs
fectum prętorio ſub cęſaribus diſciplinę mi
litari prefuiſſe. Eius preterea auctoritas au-
cta eſt erga forẽſes cauſas. vbi imperium in-
clinare cępit nomen mutauit/ magiſter ſta-
buli dictus qui antea Tribunus celerũ dictus Tribu-nus celerũ.
eſt & ſub dictatore magiſtro equitũ. In hanc
ſententiam feneſtęlla venit. Ego per hec pręs
fectum prętorio magis eſſe conneſtabilem
ſeu Conſtabularium quam alium quemli-
bet crediderim cuius eſt inſigne gladius(vt
conueniat Plyniano loco) quem diſtrictim
geſtat regem precedẽs/ militię ac equitum
pręcipuus magiſter. Eſt autẽ prefectura ge- Pręfe-ctus.
neris vox/ vnde pręfectura vrbica/ milita-
ris / caſtrorum / operum / fabrorum / labo-
rum/ atqꝫ idgenus aliæ. Sicut præſidis no- Pręſes
men non ſolum prouincias regentes a qui-
bus prouocatio eſt: cuiuſmodi ſunt guberna
tores ciuitatum ferę: ſed et qui cuilibet rei ac
ordini preſunt complectitur autor eſt Ruff.
prouinciarum alias eſſe conſulares alias pro
conſulares alias pręſidales. Sueto. in Augu
ſto. de ordine prouĩnciarum multa. Sed
vt redeam ad noſtrum ordinem cum bellis
conſules a dicendo iure auocarentur creati
ſunt Prętores pomponio iurecon. authore Pretor
quorum officium erat ius dicere atqꝫ alia il-
lic deſcripta curare/ quod ius pretorium atqꝫ
honorarium dictum fuit: ſicut honorarii iu-
di quos exhibebant. prętorius quoqꝫ diceba-
tur is pręturą functus eſt. In his vero libris
id quod ad prætorem ſpectat prętorium di-
citur/ ceu prætoria cohors quę qualis fue-
rit ſatis notum. Patricius olim ſenatoris p- Patrici-us.
geniem ſignificauit quia ſenatores a Ro-
mulo creati patres dicebantur Liuius libro
decimo ab vrbe ſcribit patricios etiam dici
qui patrem auumqꝫ ciere poſſent id eſt inge
nuos/ vt patricii/ plebeiis opponantur/ gal-
li nobiles a roturariis diſtingunt. Cornelius
tacitus author eſt familias patricias fuiſſe
quę maiorum gentium dicebantur Budeus
nonnihil de diis maiorum gentium mino-
rumqꝫ. Patriciatus autem a Iuſtiniano ſum

mus honor dictus quo patria poteſtate filii
liberabantur. Hos apud nos eſſe pares fran-
cię Budeus ex Suida ſcribit/quaſi patrię pa
Dux. tres. Ducatus eſt principatus quidam a du-
cendo. Nam & belli duces hi deniq; impera
tores dicantur. Sueto. in Nerone. Priui-
gnum Ruffum poſtea natum impuberem
adhuc (quia ferebatur ducatus & imperia
ludere)mergendum mari demandauit Iu-
lius Capito & Vopiſcus non ſemel hac vo-
ce vſi de ducibus & Comitibus in Francia
quondam temporariis nunc perpetuis ple-
Comes nius a me dictum Comitem labeo definit
eum qui frequentandi cuiuſq; cauſa vt ſeque
retur deſtinatus fuit. Nunc vero dignitatis
nomen eſt vel quod ipſe regem comitetur
vel quod eum multi comitentur. Eſt autem
in hiſce libris Comitatus ipſa principis au-
la & Comitatenſes curiales & aulici. & vt
Comes largitionum. Marcellinus inquit largitionum Comes
qui largitiones principis in comitatu facie-
bat. Item qui largitionibus quas popul⁹ im
peratori donebat ob neceſſitatem belli vel
triumphi pompam vti fuſius dixi in tit. de
auro Coronario. et de canone largitionaliū
tit. Nonnulli a comitate comitem appella-
tum volunt quod benignus & comis debeat
eſſe vt ne quis ethymum vocabuli deſyde-
Comes domorum. ret. Comes domorum is a Iuſtiniano dici-
tur qui in domeſticos pricipis prefecturam
habebat. Comes laborum qui & prepoſitus
Comeſ laborū. laborum cui mediaſtini omnes aliiq; dom⁹
imperatorię artificis atq; opifices ſubditi
Prefectus fabrorū. erant. Prefectos fabrorū ita pompo. letus
deſcribit vt ſint artifices qui caſtra ſequeban
tur vt fabris lignariis ferrariiſq; preſint. Is ve
ro magiſtratus eligebatur idoneus et qui ca
ſtris ſciret bene prouidere preſertim q̄ in vr-
bium expugnatiōe cuniculos ſubterraneos
Comeſ horreorum. facere atq; id genus alia. Comes horreorum
piſtrini principis curator fuit in his libris ha
buitq; mancipia quędam purgandis horreis
Prefectus annonę. aſcripta coquēdoq; pani pricipis. Sed & an
nonę præfectus horreorum comes quādoq;
dictus eſt. Is & Sitocomus a frumenti cura
Sitocomus. ſeu frumentatione dictus. Prefect⁹ annonę

anno ab exactis regib⁹ decimooctauo Tito
Geganio et P. Minutio ꝯſulibus creatus ē
romę ob igētē annonę caritatē miſſiq; tū in
Siciliam fuere. P. Valeri⁹ et. L. Gegani-
us pro frumento aduehendo. alii huius ma-
giſtratus inſtitutionem in aliud tempus re
ferunt. De re annonaria plura dixi in titu.
de anno. & tributis. Comites conſiſtoriani Comites Cōſiſtoriani.
ſunt qui principis conſiſtorium & tribunal
comitantur hiq; ſunt illuſtres: cuiuſmodi ſa-
cri conſiſtorii regii Conciliarii qui regē aut
ipſum conſiſtorium cui preeſt Cancellarius
ſequitur. Comites ſcholarum qui & tribuni Comeſ ſcholarum.
ſcholarum dicti a ſcholis palatinis atq; mili
taribus dicti quorum munus in his libris de
ſcribitur vt ſint qui preſint epulis imperato
riis & bello et pace & obſonia curent quod
mihi abſurdum viſum eſt vt hi ſcholarum
prefecti dicantur nam ſchola exercitium eſt
omniſq;(vt dicitur) vacatio. Iſtos a veteri-
bus elegantius epulones dictos reperio cu-
ius modi erant in ſacrificiis quinq; viri. dein
de Circenſium ludorum ambitione ſeptem
Perfectiſſimatus erat dignitas quędam nō Perfectiſſimatus.
mediocris: quia non omnes preſides (vt Al
ciatus inquit) clariſſimi fuere ſed et perfe-
ctiſſimi quidam prout prouincię dignitas
exigebat. Ait vero ex vetuſtiſſimis monu-
mentis Tarraconenſis hiſpanię ac Norici
fuiſſe perfectiſſimos tantum quod duabus
litteris deſignabāt. V.P. Sicut clariſſimos
viros. V.C. Ammianus Marcellinus lib.
xxi. de Conſtantino imperatore loquitur in
hęc verba. Nec ſub eo dux quiſquam cum
clariſſimata prouectus eſt. Erant eni perfe-
ctiſſimi. Ex his coniicio perfectiſſimos cla-
riſſimis inferiores fuiſſe q̄uis alii maximę
dignitatis nomen fuiſſe interpretentur.
Ducenarii erant equites legitimi id eſt iuri- Ducenarii.
dici quorum ordo ius dicebat et in cenſu ha-
bebant q̄dringenta ſextertia / ab Auguſto
creati vt apud Sueto. legim⁹. q de leuiorib⁹
cauſis cognoſcebāt: inde dicti q̄ꝺ ducēti eſſēt
vt Centenarii a centū. alii dictos ren̄t a ducē
tū ſolidorū q̄titate vltra quā nō cognoſcebāt.
De his ēt i Tyberio Sue. & i claudio orna-

menta(inquit)conſularia etiā procuratori-
bus ſuis Ducenariis indulſit. Ducenarii nō
nunq̃ qui ducentis militibus pręſunt. quan-
doq; et quoddam exactorum genus ſignifi-
cat in tit.de exacto. Ply. ſcribit diuo augu-
ſto decurias ordinante partem maiorē equi
tum in ferreo anulo qui non equites ſed iu-
Decu- dices dicebantur. Sunt autem decurię claſ-
rię. ſes ſeu camere iudicum & curia locus i quo
Decu ſenatus habebat̃. Decuriones i municipiis
riones. qui ſint et duūuiri/vel mediocriter eruditi
Duūui- non ignorant.dixi i ti.de decurio. Sed & du
ri. cenarii in quibuſcūq; formis ineſt ordinib⁹
erāt vt inter notarios & libellarios qui a li
Formę bellis ſunt.dixi de hac re in.l.ſcriniis.vbi for
mę ordines erant et decurię quedā:illic ego
Cubicu multa. Cubicularii ſūt(ita enim vt queq; oc
larii. currunt tradenda ſunt)qui cubiculo princi-
pis aſſiſtūt)quos noſtri cubiculi miniſtros
appellant. Sueto.in Ceſare dictatore. man-
ſit apud eos non ſine ſumma indignatione
prope quadraginta dies cum vno medico et
cubicularis duobus. Famulitium aulicum
Spartianus appellat famulos oēs ipatorios
quos Iuſtinian⁹ miniſteriales dom⁹ & ho-
ſpitii & palatii vocat. Auguſtales ſūt omēs
Augu- cęſarei miniſtri ad palatium principis. Nā
ſtales. auguſtale eſt ipſum principis prętorium &
Auguſtales p̃torianí cuſtodes palatini ſunt
qui & comitatēſes dicti & cęſariani & curia
Comi- les id ē aulici quos curtiſanos vulgus nomi-
tatēſes. nat. Auguſtales olim ſacerdotes erant Au
guſto defuncto decreti ſicut Antonio Pio
quibuſdamq; aliis imperatorib⁹ in eorū ho-
norē.alio ſignificate erant ſacerdotes lariū
Itē in militia principales erant milites qui
(quod Vegetius ait libro ſecūdo de re mili-
tari) ab Auguſto ordinariis iuncti ſunt qui
& flauiales a flauio Veſpaſiano legionib⁹
Silētia- additi ſunt. Silentiarii (vt inquit p̃copius)
rii. miniſtri ſunt ad ea que ſilētii quietiſq; ſunt/
interiores in principis domo arcanorū prin
cipis conſcii quiq; ſilendis & arcanis princi-
Auri- pis cōciliis intereſſe ſolent. quidā eos auri-
cularii. cularios appellant:dixi ſuo loco. Erant autē
numero triginta/quib⁹ tres decuriones pre-
fuere. Feneſta de triūuiris reip.conſtituen-
dę ſcribit neſcio qd qd huic tamen loco non

admodū conuenit. Scribarum ordinē hone- Scribę.
ſtum Cicero appellat qui tamen apud gre-
cos(vt Emilius prob⁹ tradit) honoratiores
fuere quā apud Ro. Nā apud illos nemo ad
id muneris admittebat̃ niſi honeſto loco/fi
de ac prudētia cōſpicuus quod cōſiliorū par
ticipem ſcribam eſſe oporteat:gręci grāma
teum vocant/latini ſcribam a ſcribendo /
atq; notariū a notis: et noſtri ſecretariū a ſe
cretis appellant. Eorū principem Archigrā
mateum dicunt/quē flauius vopiſcus Can-
cellariū appellat qui plures fuiſſe Cancella-
rios tradit vel a cancellādo(quod pleriq;) vl
a cancellis quibus occludebātur (quod ma-
chaneus qdāq; alii)dictos. Idē ſcribit a Cari
no imperatore factum prefectum vrbis vnū
ex Cācellariis. Erant ſcribarum decurię vt
ex Sueto.collegi dū in Claudio ſcribit. Cor
pus eius per municipiorū ſcribarūq; primo-
res ſuſcipiētibus obuiis ſcribarum decuriis
ad vrbem deuectum/quod Iuſtiniani leges
explicāt vbi varie ſcribarum et libellariorū
formę ſūt:quod Eraſmus olim/Budeus nu
per litteris aſſeruerūt michi ſuper hac re cō-
ſulti. Vnde primicerius et ſecundicerius et Primi-
tertioceri⁹ dicti a pugillaribus cęreis quas ceri⁹.
habebant & varias decurias ſortiebant̃. For Secūdi
mularii quoq; a formulis dicti. Tabularii a cerius.
tabulis. Sueto.in Domitiano.pari arrogan-
tia cum procuratorum ſuorū formalem di-
ctaret epiſtolam ſic cepit. Dominus & deus
noſter ſic fieri iubet. Erant autem & princi-
pis ſcribę & iudicum & Cēturionum & que
ſtorii ſcribę quos finātiarū clericos galli vo-
cant. Sueto.de queſtoriis ſcribis in Claudio
Et decurio ſcribarum ſicut equitū/cubicula
riorum/& palatii decurio (inquit marcelli-
nus) prefectus palatio erat. Flauius libera-
lis domicellę pater(vt in veſpaſiano Sueto.
ait)non altioris dignitatis gradum aſcēdit.
quam vt ſcriba queſtoris eſſet. Olim Cato
quū eēt q̃ſtor p̃riuſq; veniret/vltim⁹ diſcede
ret i ordinē q̃ſtorios ſcribas redegit. Iſti ſūt
ordines atq; decurię quas Iuſtinian⁹ paſſim
formas appellat notariorū primū veſtigiū
Rome fuit tūc Cū catonis vticenſis oratio-
nē contra Cęſaris ſententiam ſolam in ſena
tu exceptam fuiſſe tradunt Cicerone cōſul-

le velociſſimos actuarios ſcriptoreſq́ adhi-
bente qui per notas quaſdam plurium litte-
rarum vim habentes eam colligerēt: ab actis
publicis & contionibus cōtrouerſiis ac ſentē-
tiis deſcribendis: actuarii dicti quos iudiciū
graphiarios dicim⁹ actuarii excepta recita-
bant. Sueto. in Cęſare. Quatternas litteras
Actuarii. excipientibus dictabat. Actuarii vero cōmē-
tarium id eſt breuiarium faciebant quod re-
giſtrum vulgo appellant. Sed de primicerio
qui in prima notariorum decuria preerat et
Secūdicęrio adde huc (vt apd̄ bonos autho-
res extat) primam cęram fuiſſe tabulam in
qua teſtatoris nomen / ſecundam in qua hę-
redis ſcriptū erat. alii aliter hoc explicat nec
huc pertinet ea res. Lege cōmētarios in Ho-
ratium. quid prima ſecūdo Cęra velit verſu:
ſolus multiſue coheres. vbi prima etiā cęra
nomē heredis ſecūdo verſu ſcriptū erat. Ego
de tabulariis / logographis / actuariis / nota-
riis eorūq; diſcrimine ſatis ſuperq; dixiſſe vi-
Proximi ſcriniorum deor in ti. de tabula. Proximi ſacrorū ſcrinio-
rum ſunt qui ſeruant libellos principis quos
Cādidatus quęſtor legebat. de ſcrinio ac li-
bellis Budeus ita docte ſcribit ac copioſe vt
nihil addendū putem. qui proximos ſacrorū
ſcriniorū magiſtris requeſtarū bene recteq;
Scriniarii. comparauit. Scriniarii vero erant qui cuiuſ-
cūq; pręſides ac iudicis acta ſeruabāt ac etiā
quęſtoris erarii. Lamprius. Relegentibus
cuncta librariis et his qui ſcriniū gerebant.
Meloproximus. Eſt & Meloproximus in Iuſtiniani libris
qui ſe cum proximo ſcrinii exercebat curāq;
cum eo gerebat velut ſubadiuua. Antiqua-
Antiquarii. rii ſunt qui rerum antiquarum memoriam
pricipi ſuggerebāt. Iuuenalis. Ignotoſq; mi-
Memoriales. hi tenet antiquaria verſus. Hi memoriales
quoq; dici vident᷑: q̄uis & aliud quoq; in his
libris ſignificent. Agentes in rebus qui ſint
Agentes in rebus. non adeo ſatis conſtat niſi quod generis vo-
cabulum eſt in eos relatum qui res principis
agunt aut procuratores principis ac cōmiſſa-
rios (quos vocant) per diuerſas prouincias
ad legatos auctoq; imperio per turmas diſp-
ſos. vnde hic ducenarii quidam alii centena-
rii. quid autē ſibi velit agentium in reb⁹ no-
men clarius intelliget qui titulum ipſū de
agētibus ipſūq; de ea re Iuſtiniani ſermonē
ſimul et cōmentarios noſtros illic legerit. nā
alio loco dicta rurſus in hoc rerum cōmenta-
rio piget inculcare. Archiatri ſūt principis **Archiatri.**
medici Iuſtiniano. aliis medicorum princi-
pes / omnes quoq; qui Romę profitebantur
medicinam. Eſt enim Sueto. author Cęſa-
rem dictatorem omnes medicinā Romę p̄-
feſſos & liberalium artium doctores ciuita-
te donaſſe / quos etiam Iuſtinianus & iure-
conſulti faciunt imunes. Sed iuſtinian⁹ Ar-
chiatros appellat medicos ſui corporis. Caſ-
ſius Emina vetuſtiſſimus author ſcribit pri-
mum veniſſe Romam ex medicis Archa-
gatum peloponnenſem cui ius quiritum da-
tum. Vbi quidam Archiatrum legunt. Ar-
chos principem / Iatros medicum ſignificat
Irenarchę ſūt pacis principes & cuſtodes vt **Irenarchę.**
eſt in ti. de irenarchis optime definitū. Dyo.
Irenodicos appellat quaſi pacis iudices: ego
illic plura ex bonis authoribus ſcripſi. Ad- **Admiſſionales.**
miſſionales ſunt quos hoſtiarios galli vocāt
alii achiatrios dicunt ab atrio cuſtodiendo /
nōnulli atrienſes. Hi ſunt atrii cuſtodes / illi
quorū munus eſt volentes regium cubiculū
ingredi vel admittere vel repellere: neq; eni
cuiuis principis purpurā ſacram ſalutare ip-
ſumq; adire principem licebat: dum excutie-
bantur ſalutaturi a limine ne lateret ſica. vt
in Seuero Lampridius inde ius adorandę
purpurę non omnibus a Iuſtiniano datum
Inter primas quoq; traiani laudes a Ply-
nio / Theodoſii a Pacato / Seueri ab Helio
admiſſionum facilitas et ſalutandi patefa-
ctio cōmendatur. Erat & amiſſionis magi-
ſter quidam authore Marcellino. Appari- **Apparitores.**
tores ab apparendo dicti quia pręſto ſint et
appareant obſequioſi iudicib⁹ authore Ser-
uio grāmatico: & apparitura ipſum miniſte-
rium ac officium vnde apparituram facere
magiſtratibus vt Tranquillus ſcribit in li-
bro de grammaticis. Optiōes quaſi coopta- **Optiones.**
tos dici arbitror / quorum & meminit laurē-
tius valla in Elegantiis. hi magiſtratui tāq̄
adiutores militi accēſi atq; ſuccēturiōes erāt
nam & a Tribunis collegę cooptabant᷑ apd̄
Liuiū in tertio. in bello accenſus & Corni-
culari⁹ dicebat᷑ vt ego ſuo loco dixi. Erāt tū
i ti. de iure fiſci. li. x. C. optiones quęſtorii q̄s

queſtoris ęrarii adiuuas fuiſſe ſeu adiutores
opimatores. interpretor. Optionat⁹ id mun⁹ eſt. Opina-
tores ſunt vt i. l. miſſi. de exac. trib. li. x. C. de
ſcribunẗ / militaris ānonę coactores. vbi ego
nō opinatores legendū crediderī ſed opima-
tores q̄ p̄ſunt annonę opimandę ne deſit ali
quid exercitui. cuiuſmodi viuendiarios for-
Biarchus. te appellam⁹. Eſt & in his libris Biarchi vo
cabulum quod eū ſignificat. q̄ pręeſt vitę cu-
randę aut victui a bios qđ vitā ſignificat de
ductū: quā expoſitionē Halzat⁹ nō īprobat.

Liber Secundus.

De Queſtorijs magiſtratibus.

QVid ſit fiſcus cū plerīq; recētiores
tū Aſconi⁹ pędian⁹ in ſecūdā Ci-
ceronis Verrinā & Nonius mar-
cellus in lib. de verboꝝ ꝓprietate
pleniſſime dixere. frequētius vero ſignificat
grauioris ęris receptaculū ſportulaſve q̄bus
Fiſcus. ęs fiſci: id eſt p̄ncipis deferẗ quo etiā noſtri q̄
ſtōres vtunẗ eq̄s clitellariis fiſcos calatoſve
nūmis onuſtos euehentes. Cui⁹ rei clarum
eſt apud Ciceronem exemplū. in verrina p̄
ma. Reperiebā fiſcos cōplures cum pecunia
Sicilienſi a quodā Senatore ad equitē Ro.
eſſe tranſlatos. Ex his quaſi decē fiſcos apud
ſenatorē relictos eſſe comitioꝝ noīe. In eā
rem Budęus copioſe. In hoc ſignificatu eſt
apud Sueto. in Claudio. vbi pulcher loc⁹ de
annonę caritate. vnde fiſc⁹ p metaphorā pu
blica p̄ncipis pecunia ip̄mq; ei⁹ patrimoniū
diciẗ. Inde cōfiſcare qđ cōmittere fiſco etiā
iurecōſulti dicūt. in. l. ii. ne qđ ī loco pub. fiat.
ſcriptū extat ab vlpiano, res fiſcales p̄uatas ꝓ
priaſq; p̄ncipis eſſe atq; ibi fiſci patrimoniū
appellat ea q̄cūq; p̄ncipis ipſi⁹ ſunt & fiſcalia
tributa ac vectigalia dicta ex q̄b⁹ vectigal fi
ſcus capit vt port⁹ ſalinarū / rerū venalium /
metallorū / piſcarioꝝ / vt iureconſ. in. l. inter
pu. §. vectigalia. de verbo. ſig. Hec altius re
peto: quia res ē frequēs quęſtoria & Plauto
auctore belli neru⁹ eſt pecunia. Fiſc⁹ igiẗ ita
p̄ncipis eſt vt quādoq; princeps fiſcus appel
leẗ. vt. d. l. ii. §. hoc inter. vnde pōt iter remp.
fiſcūq; diſcrimen colligi atq; ex Iuue. verſu.
Res fiſci eſt vbicūq; natat. cū prius Cęſaris
dixerat / intelligens fiſcū Cęſaris eſſe. Illud
vero non leuis cōtrouerſię qđ eſt interſit ab
ęrario fiſcus. In quo mihi viſus eſt Aſconi⁹
lapſus dum ęrarium priuatam principis / fi-
ſcum publicam eſſe pecuniam dicit / atq; nō
poſſum non coniectare corruptū eſſe Aſco-
nii Codicem. Ęrarium nāq; reipu. eſt / fiſcus Ęrariū
p̄ncipis. Erat autē in Saturni ęde publicum
ęrariū Budeo Beroaldo reliq̄ſq; auctoribus.
Macrobiū & Plutarchū ſequutis: cui⁹ iſtuc
habes in. l. ait p̄tor. §. i. ff. depoſiti. Vnde ſa-
crū ęrariū a Iuſtiniano dictū in ti. de magi.
offi. l. vnica. vbi tñ īpatoris pecunia ęrarium
diciẗ vtpote reb⁹ in eū tranſla. In pandectis
quoq; fiſcus & ęrariū crebro ꝯuertunẗ. at ve-
tuſtiores ita ęrariū a fiſco diſtinguebant. vt
reipu. ab iperatoris pecunia diſtincta erat.
Sic & ęrarii q̄ſtores tribuniq; a fiſci p̄fectis Tribuni ęrarii
diſtabant. Nimis vulgatū eſt illud optimi
iperatoris verbū. Lieni ſimilē eſſe fiſcū quo Prefecti fiſci.
tumeſcēte reliqua reip. mēbra marceſcant et
cōtabeſcāt. Eſt & alia vox p̄ncipe digna ab
impatore Seuero ꝓlata de magiſtratib⁹. ne
ceſſe eſt vt q̄ emit vēdat. Ea vero differētia
apud Ciceronē / Plyniū ꝓbatiſſimoſq; aucto
res crebra eſt. Solet īprimis citari locus ille
Ply. nepotis in panegyrico. Q uā iuuat cer-
nere ęrariū ſilens & quietū (nec eni quas ſibi
pecunias ſuo vſui cōparauerat ciuitates ex-
torq̄bat ille) & q̄le ante delatores erat nūc
tēplū illud (alludit ad ſaturni ędem) nūc vere
de⁹ nō ſpoliariū ciuiū cruētarūq; ꝑdarū ſęuū
receptaculū / ac toto in orbe terrarum adhuc
loc⁹ vnus in quo optimo pricipe boni malis
imperatores eſſent. At fortaſſe (inquit) nō
eadē ſeueritate fiſcum qua ęrariū cohibes?
immo tanto maiore quāto pl⁹ licere de tuo
quam de publico credis. Et paulopoſt. Q uę
tua eſt gloria ſępius vincitur fiſcus cuius ma
la cauſa nunq̄ eſt niſi ſub principe bono. Ad
hęc Spartian⁹ in Adriano. vetuit Adrian⁹
bona dānatorū in fiſcū priuatū redigi omni
ſumma in ęrariū publicū recepta. Q uid plu
ra? Hic Ęruſcare veteres: id eſt ęs publicū Ęruſcare.
colligere dixere. Vlpian⁹ ī ti. qui poti. ī pig.
hab. Si pign⁹ (inquit) ſpeciale reſpu. accępit
dicendū eſt p̄ferri eā fiſco debere ſi poſtea fi
ſco debitor eſt obligatus quia & priuati pre-

ferunt. Illic Alberic⁹ conatur hoc explicare
Haud abſimile exemplũ habes in ti. de edil.
edict. l. i. Sciendũ eſt hoc edictũ non ptinere
ad venditiones fiſcales. Si tñ reſpu. aliquã
faciat venditionẽ locis edicto erit. Idẽ Vl-
Procurator fiſci. pi. in ti. de manumiſ. ait. nihil intereſſe a fi-
ſco an a ciuitate an a puato libertatẽ redeme
ris. alibi tamen plerũq; hęc cõfundi reperies
in pandectis. vt occurrit paſſim in ti. de iure
fiſci. ff. cui⁹ rei quoq; notũ eſt argumentũ ex
Procurator Cęſaris Claudiani verſu. Nõ tua priuatis creſcunt
ęraria dãnis. Sic & Cęſaris pcurator p fiſci
pcuratore & hic pro illo frequenter occurrit.
Queſtor. Queſtor ergo quid ſit & queſturę munus di
cendũ. Pompo. iureconſult⁹ ſcribit cũ ęrariũ
Pop. rom̃. eſſet opulẽti⁹ vt eſſent qui illi pẽſ
ſent queſtores iſtitutos fuiſſe a querẽda ꝯſer
uãdaq; pecũia dictos. Et quia de capite ciuis
Ro. non eſſet pmiſſum conſulib⁹ iniuſſu po
puli ius dicere: queſtores alii a pop. creati
ſunt qui capitalibus cauſis preponerent᷑. Hi
appellabãt᷑ parricidii q̃ſtores quoꝝ memi-
nit lex duodecim tabularꝝ ab inqrẽdis ma-
leficiis quaſi q̃ſitores dicti maleficioꝝ iudi-
ces. Alii inſup q̃ſtores fuere cãdidati libros
impatorios ac litteras legebãt ſũmoq; in ho
nore erãt cãdida veſte integritatis inſigni cõ
ſpicui. de quib⁹ Sueto. in Auguſto ſcribit.
Cui magiſtratui cãcellariũ ſimilẽ poene eſſe
contẽderim quo funct⁹ eſt apud Iuſtinianũ
Tribunian⁹ iter togatos prim⁹ vt eſt apud
Suidam. Lego Neronẽ voluiſſe recitari per
conſulem miſſas ad ſenatũ orationes tanq̃
id foret ſplẽdidius omiſſo cãdidati queſtoris
officio Sueto. in Tito docet q̃ſtoris officiũ
eſſe principis orationes in ſenatu patefacere
atq; recitare. Sic & corneli⁹ deſcribit dũ inqt
Ingreſſi curiam ſenatores & oratio pncipis
per queſtorẽ ei⁹ audita eſt. Sueto. in Tito.
Rurſus recepta ad ſe prope omniũ officioꝝ
cura cũ patris noie & epiſtolas et ędicta con
ſcriberet orationeſq; in ſenatu recitaret q̃ſto
ris vice. De q̃ſtorib⁹ quoq; maleficioꝝ Sue
to. in Tiberio meminit, & Vergili⁹ in Ae-
neide. Queſitor minos vrnã mouet. De que
ſtoribus pecunie de quibus preſertim dicen
dum dubium eſt Romul⁹ ne an Tulli⁹ Ho
ſtilius eos Rome primus creauerit. Ex his
tamen nonnulli prouincias ſortiebantur cre
abanturq; tam ex plebeis quã ex patriciis &
magni honoris gradus erat vt Cic. pro plau
tio. vbi ait queſtori ſuo pretorem parentis lo
co eſſe oportere. Auctor eſt Tacitus libro
xx. Queſtores olim creatos fuiſſe cum ſtipẽ
diaria iam eſſet Italia. Non recẽſeo quid fe-
neſtella. quid Pomp. lętus qd Vindex q̃q;
Rhodiginus quid Catanęus / Beroaldus/
reliquiq; de hoc magiſtratu collegerint. Cę-
terum queſtores aurum ac pecuniam a ſub-
ditis pendendam querebant cogebantq; tri-
buta. Liuius de auro collato ſcribit: cum in
publico deeſſet aurum ex quo pacta merces
gallis arcem oppugnantibus conficeretur id
fuiſſe a matronis ex monilibus collatum p
ptereaq; inſtitutum vt eorum quoq; ſicut vi-
rorum poſt mortem ſolẽnis eſſet laudatio.
Ęrarii cura eiuſq; forma varie eſt habita &
ſępe mutata quam Auguſtus ad pretores
pretorioſq; trãſmiſit a queſtoribus vt Corne
lius Tacitus auctor eſt. Claudi⁹ queſtorem
rurſum impoſuit atq; reſtituit. Tertio Ne-
ro curam tabularum publicarum que in ęra
rio ſeruabantur a queſtoribus tranſtulit ad
prefectos. erat et comparaticius ſtat⁹ & com
paraticia pecunia que ex honoribus in ęra-
riis ex inopia venditis (quod non ſecus lice-
bat atq; noua vectigalia indicere) compara
ta erat / que vox comparaticię a Iuſtiniano **Cõparaticia pecunia.**
non ſemel vſurpata eſt: ſed alio ſignificatu.
Nam hiſce legibus magiſtratuum empto-
res plectebantur. Sueto. ait Veſpaſianũ can
didatis honores venditaſſe / quod et Xer-
ſem feciſſe ferunt. Redeo ad fiſci magiſtra-
tus. Procurator fiſci a Cęſaris procuratore
longo diſtat interuallo quãuis & nonnunq̃
confundantur. Sed procuratorem alium a fi
ſcali Cęſareum fuiſſe cõſtat qui curandis re
bus ad Cęſarem vt priuatum hominem per
tinentibus pręerat deq; cõtrouerſiis inter pn
cipẽ & priuatos hoies iudicabat. hui⁹ geſta
nõ aliter cõprobabant᷑ atq; ſi ab ipſo Cęſare
geſta eſſent. Nã Claudi⁹ a ſenatu ĩpetrauit
vt que ſui procuratores ſtatuiſſent eam vim
haberent quam ſua ędicta. Si tamen vendi
tiõis donationis trãſactiõis cauſa qd egerit
quaſi rem propriam tradentes nihil agunt:

quandoquidē eorū minus eſt rationes oim
redditūum quicq̄ ad Ceſarem ptinent di-
ligenter procurare cum poteſtate defenden-
di & acquirēdi non diſtrahēdi vt i.l.i. de offi.
pcō.ceſa.ff. quod ſi Ceſar heres ſit miſcendo
ſe opulente hereditati procurator heredem
Ceſarem facit. Interpretes noſtri legum pre-
ſertimq̄ Cynus in.l. procurator.C. de edēdo
inter fiſci ac Ceſaris procuratorē hoc faciūt
diſcrimē. Ceſar duplex patrimoniū habebat
Vnū impii cauſa qd fiſcus dicitur/galli do-
maniū vocant huius procurator erat ille/
Aliud ſuum quod ante imperium adeptus
erat aut aliunde conſequutus quā ab iperio.
in hoc procuratorem habebat qui Ceſaris di
cebatur quem idcirco iudicē habebat aduer
ſus priuatos quia ſuperiorē nō habet. Vlpi.
in titu. de acqui. here. ſcribit. Si ſeru⁹ fiſci fue
rit inſtitutus iuſſu procuratoris ceſaris adi-
bit hereditatem. Itē de iure fiſci. Si pcurator
Ceſaris rem fiſci vēdiderit. Adrian⁹ fiſci p-
curatorem adiecit quē actorem fiſci Ply. ap
pellat in panegyrico Lampridius i Seuero
Rationales. procuratores ait eſſe Rationales in quorū
ſimilitudinem qui rem priuatorum curant
pcuratores appellari ſcribit Columella. Ac
curſius rationales interpretat̄ Ceſaris pcu-
ratores vt ille. Iuli⁹ vero Capitolin⁹ in Ma
ximino rationalem pro fiſci pcuratore dixit
Erat inquit fiſci procurator in lybia qui oēs
Maximini ſtudio ſpoliauerat: hic p ruſtica-
nam plebē intereptus. Sed p eos qui rationa
lē in honorē maximini defendebāt viderūt
auctores cedis. quibus verbis eūdem eſſe ra
tionalē qui & fiſci pcurator apparet: niſi (qd
improbat Alciatus) rationalē dixeris gene
ris vocabulū eſſe a rationib⁹ dictū quod tam
huic quam illi conueniat nec abſurdū mihi
videtur. Eſt locus alius in.l. ſenatus. de iure
fiſci. in pandectis. vbi iurecon. inquit. prefe
ctus erarii rationum cognitionem habere.
Itē is qui de cauſis fiſci aduerſus priuatos co
gnoſcit rationalis appellatur in.l. ad fiſcum
C. vbi cauſe fiſca. vbi Accurſi⁹ reliquiq̄ no-
ſtri interpretes Ceſaris pcuratorē exponūt
Mira in his rebus confuſio. Nam procura-
torem fiſci & rationalem non alium faciunt
& Capitolinus & Lampridi⁹. Varie quoq̄
tum in pandectis tum in Codice traduntur.
De rationibus ad erariū referendis & ſcriba
erari traduntur referende Budeus ex Tullio
ſatis dixit. vbi antigrapheos vocat cōtra ro- Antigraphei.
tulatores q̄s vulgo dicim⁹ ex Demoſthene
& Ariſtotele/loco illoꝝ rationalium qui ra
tiones audiebāt & ratiociniorū iudices erāt
preſides cōputorū habem⁹: quos Iuſtinian⁹
ſacris erariis preſidētes mihi appellat in ti.
de aduoca. fiſci. l. vlti. Idem in titu. de modo
mulctarum pcuratores appellat rationales
eoſdemq̄ logiſtas vt in tit. de tabu. logogra-
phis. Logiſtas a Logographis ita diſtin- Logiſte.
guunt quod logographi libros rationum ſcri
bebant/logiſte curabant. Succurrit nunc qd Logographi.
Iaſon Maynus Virelati nominis in ceſa-
rea (quod dicunt) profeſſione duos rerū pri-
uatarum Comites fuiſſe tradit/ vnum in p Comites reꝝ priuatarū duo.
uincia cuius mun⁹ eſt bona vaccantia fiſcoq̄
delata capere et in fiſcum referre: quod vul-
gus incorporare dicit/ alium propoſitorem
(inquiunt) in conſilio et conſiſtorio Ceſaris
illuſtrem virum. Illud conſtat ex.l. ſi quādo.
C. de bonis vac. lib. x. hoc ex. l. ii. de petitio.
bono. ſubl. lib. x. Queſtores erarii docti viri Queſtorū veterū cū noſtris cōparatio.
ſimiles his eſſe dicūt quos mulctarum quas
emendas vocamus receptores appellant. et
referre ad erarium rationes eſt computum
reddere apud eos q ratiociniis ſūt prefecti.
qui & vrbani queſtores erant. Dicunturq̄ cō
putorum magiſtri. Prefecti erarii ſunt gene
rales finātiarū apud nos Budeo iudice. Tri-
buni erarii receptores generales. Coactores
ſunt receptores particulares & Coactio mu
nus eſt argētariū cogēdi pecunias. Quidā
ſunt q ad ratiocinia nō obligant̄. quos iure-
con. neſcio quo pacto analogiſtas vocat in.l. Analogiſte.
quidā accedens. de admi. tu. Prefectoꝝ fiſci
inſtar habēt Theſaurarii frācie. Canō eſt do
maniū ex portoriis vectigalibuſq̄/ oblatio
eſt auxiliū vt octaua vini & datia merciū di
uēditarum. Indictio eſt tallia que et collatio
& collecta dicitur. Superindictio eſt eius
augmētū. earꝝ reꝝ collectores canōarii obla
tiōales Indictiōales dici latie poſſūt: nos do
manii auxilioꝝ talliaꝝ pceptores ordīarios
ac extraordinarios dicim⁹. Cohortales ſunt Cohortales.
qui per cohortes exigunt tributa quos alii

Suſce- ptores. coarctales a coarctādo & cogēdo vocāt. Su-
ſceptores ſunt receptores. Arcarii ab arca di-
arcarii. cti qui pecunias publicas ſeruant. Diſcuſſo-
Diſcuſ- res qui tributarios diſcutiūt/ corūq; cenſum
ſores. deſcriptū habent qui collectores dicunt. qui
Perēq- tributum viritimq; aut capitatim ſoluenda
tores. diſcutiunt. perequatores ſunt taxatores tri-
buti/qui conſtituūt tributum & ſi non iuſte
Reliq- conſtituerint puniūtur. Reliquatores qui re-
tores. liqui nōnihil debēt. vnde iurecon. reliquato-
res inquit vectigaliū ad inſtaurandum con-
ductionē admittendi nō ſunt donec ſupiori
debito ſatiſfecerint. quorū & Crinitus quoq;
Manci & recētiores meminere. Mācipes ſunt qui
pes. a publico cōducunt emūtve aliquid quos pu-
Zigo- blicanorum principes appellat pedianꝰ. Zy-
ſtaſia. goſtaſia eſt ponderandi ac menſurandi nō-
Sitoco- nunq̄ munus: alii ſitoſtaſiam legunt frumē-
mia. tādi pfecturam quę & ſitocomia dicitur vbi
Periſſo vulgo. ſitonia vel ſiconia corrupte legitur.
chore- Periſſochoregia eſt magiſtratꝰ annonę au-
gia. ctę ſeu augmenti diſtributor. Vnde hec ſint
deriuata nomina ſuis eſt locis dictū. Deca-
Deca- prothi vectigaliū ac publicę pecunię coacto-
prothi. res eā fiſco numerātes ſunt. et Decaprothia
Pētha- id munꝰ eſt. Cicero latina voce decēprimos
prothi. dixit in oratione pro Roſcio Amerino. Et
penthaprothię munus eſt quinq; primorum
quos etiā quinq; ſummates atq; quītūuiros
dixere: quorꝝ munus erat illis non diſſimile
vt tributū a ſubditis exigerent/quod poſtea
fiſco numerabāt & ſi quid deerat ſupplebant
de ſuo. Erarium militare quos ſoli militię p-
parent. Ceſar auguſtꝰ iſtituit auctore Sue.
hinc bellici ꝗſtores qui Cōſule belli ve ꝗſtorē
ſequebant. Erāt aūt cū queſtoribꝰ tabularii
grāmatei qui tabulis noīa recepta & īpenſa
Cartu- deſcribebāt. vnde tabulariū dictū. Hi & Car-
larii. tularii et tractores a Iuſtiniano dicti q & tra-
Tracto ctores alibi appellat eos quibꝰ tractꝰ merciū
res. ad finitimas erat cōceſſus. Sunt & Cartopa-
Carto- tri chartę publicę ſeruatores bigenū vocabu-
patri. lū. Sūt & Scrinii publici magiſtri quorꝝ me-
Tamia minit Seneca libro cōtrouerſiarꝝ vltimo. &
ci. Sueto. in Nerone. De Tamiacis fundis: id
Salga- eſt diſpenſatoriis vt ita dicam: et Salgamo
mium. atq; ſalgamariis & ſalſamētariis vt Ply. vo-
cat & quibuſdā aliis ſatis ſuo loco dixi.

Liber Tertius.

De Militaribus officijs.

Militie genera poſt Seruiū recētio- Tres
res tria cōmemorant. Erat enim militie
ſacramentū que legitima & ordi- ſpecies.
naria dicebat Militia repentino
motu coacta: que & coniuratio dicebat: quia
non ſigillatim ſed ſimul iurabant. Euocatio
cū ad diuerſa loca diuerſi cogebantur exerci-
tus. et euocatores qui ad cōuocādos milites
mittebantur. noſtri bannū & ſubānum pro-
clamare dicunt Prefecti caſtrorum munus Prefe-
eſt apud Vegetiū libro. ii. poſitio valli/foſſę ctus ca-
eſtimatio tabernaculorꝝ & tentoriorꝝ cura/ ſtrorū.
egrorūq;/vehiculorum & inſtrumentorum
belli inſtructio/ac reparatio. Sueto. ī veſpa-
ſiano Tribunum pollionem prefectūq; ca-
ſtrorū fuiſſe tradit. Erant & pretores milita- Pretor
res quibus non ſecus ab vrbanis populꝰ Ro. milita-
initio magiſtratus munera quedam dabat ris.
follem/glebam/clauim que poteſtatis erāt
ſigna de quibꝰ alio loco dixi in his libris Tri-
bunorū vero tres Ro. ſpecies fuere. Erāt enī Tribūi.
Tribuni plebis de quibus iureconſ. in tit. de
origine iuris. l. ii. & ſępe apud Liuium. Tri-
buni ęrarii qui & bellici queſtores ſūt qui an-
te Cęſaris ſęculū iudiciis ferendis intererāt
vt aſconiꝰ auctor eſt. Tribuni militū de qbꝰ
Liuius in quarto & quinto. & Vegetius in
ſcdo. Tribuni celerum regum tempore erāt
quibus ſucceſſere equitū magiſtri. fuerūt au-
tem militum Tribuni rogatione Camilli
creati in contētione plebis cum ſenatu tam
ex plebe quam ex patribꝰ promiſcue: primū
tres poſtea plures quos feneſtella conſularē Deca-
in bello poteſtatē habuiſſe tradit. Erat De- nus.
canus militaris magiſtratus. de quo hic ha-
bes titulum: is erat contubernii caput in re
militari vt in alia re hodie decanus eſt tranſ-
laticie. Nam decem milites ſub vno papilio-
ne degentes contubernium faciebant cui q
preerat decanus appellabatur. Decurio etiā
in militia dicitur qui turme preeſt/cui duo
& triginta equites inſunt. Varro & Vege- Primi-
tius auctores. Plura de decanis in eo titulo pilus.
dixi Primipilus vt quidam tradunt erat le-
gionis caput in re militari: ſed decime que

nobiliſſima erat & pręcipua. Alii vero pri-
me illum aſcribunt quod ipſi vocabulo ma-
gis alludit. Erat autem legio in centurias
ſexaginta diuiſa/mannipulos triginta/co-
hortes decem. prima cohors auctore Vege
tio reliquas & militum numero & dignita-
te precedebat. Ego ſentētias in eā rem va-
rias recenſui in titulo de primipilo: pręſerti
ad leges illius titu. declarandas quibus obli-
gatur reipublicę ob recepta militum ſtipen-
dia. nam hi ſtipendia & ęs militare apud ſe
habebant. vnde eorum vxores & liberi quā-
uis non hęredes erant reipu. obnoxii. quod
ego illic ex Suetonii loco cōfirmaui. Pręter
ea vero quę illic dixi ne videar eādem can-
tilenam repetere apud Cęſarem in cōmen-
tariis hęc ſcripta extant. Erat Craſtinꝰ euo-
catus i exercitu Cęſaris qui ſuperiore anno
apud eum primū pilum dixerat in legione
decima. Ad hęc Liuius in ſeptimo ab vrbe
ſcribit primū centurionem eſſe quem nunc
primipilum dicunt. Item Sueto. in Caligu-
la. Teſtamēta primipilarium qui ab initio
principatus Tyberii neqꝫ illum neqꝫ ſe hęre
dem reliquiſſent vt igrata recidit. Et de ge-
ſtis per Caligulam in caſtris ait. In exercitu
recenſendo pleriſqꝫ centurionū maturis iam
& nonnullis ante pauciſſimos quam cōſum
maturi eſſent ſtipendia dies prios pilos ade
mit cauſatus ſenium cuiuſqꝫ & imbecillita-
Princi- tem. Principia vero dicebant quę in prima
pia. acie militabāt et principes illi milites q pri-
mi hoſtibꝰ proponebant. Theren. in Eunu
cho. Hic ego poſt principia inde omnibus ſi
gnum dabo. Eorum tamē poſt haſtatos pu-
gnam fuiſſe Liuiꝰ in octauo tradit: ꝗuis Ve
getius eos eſſe dixerit qui in prima milita-
bant acie quod et Cornelius Tacitus ſentit.
Vegetius libro ſecūdo ſcribit ab antiquis in
ſtitutum fuiſſe vt ex donatiuo quod milites
haberent dimidia pars ſequeſtraretur apud
ſigna vbi militibus adſeruarentur. Hinc fie
ri vt miles qui ſumptus ſuos atqꝫ ſtipendia
apud primipilum depoſita ſciret de deferen
do nihil cogitaret. Eorum autem ratio erat
apud illos qui & exploratę fidei & rationis
ineundę periti eſſent. qui locus vnus optime
leges illas explicat quę de primipilis loquū-
tur Agonothetę certaminum pręfecti erāt. **Ago-**
De quibꝫ gręcię certaminibus ſuo loco dixi. **nothetę**
Erant agonothetici fundi vel qui certami-
num pręfectis ob meritum aſſignantur vel
qui ab ipſis agonothetis premii cauſa bene
certātibꝰ diſtribui ſolēt/vt prędia bonis mi-
litibus aſſignata dicunt his legibus Lime- **Lime-**
narchę ſunt q portus (quę limena gręci vo- **narchę.**
cant) cuſtodiunt/nam qui limites limitanei
ſtationariiqꝫ & preſidia dicunt a Cęſare/gal
li cuſtodias ſtationarias garniſons dicunt.
Iſtorum vero qui portus ſeruabāt meminit
in politicis Ariſtoteles. Ita Budeus in titu
lum de ſeruis fugitiuis. l. limenarche. Hi ſūt
inquit qui locis maritimis pręſunt vnde tra
iectus eſt ad exteras nationes. Proſtates **Proſta-**
modo pręſidem adiutorē ve in bello aut vi- **tes.**
carium aut defenſorē ſignificat in his libris
modo ex Suida ſacrificulum altaribus pręſi
dentem. Nam & proſtaſia (non vt vulgo le
gitur proteſtaſia) & ſacerdotia eadem in le-
ge apud Iuſtinianum cōiungūtur. Fuit etiā
proſtates magiſtratus qui pręerat iquilinis
athenarum vt Suidas ſcribit. Spiculatores **Spicu-**
a ſpiculis quę geſtant dicti ſunt. Corneliꝰ ta **latores.**
citus. Dilapſis Spiculatoribꝰ cętera cohors
fuſa. Sūt autem Spicula tela & ſpiculatores
qui telo dimicāt quo eminus: id eſt a longe
hoſtem feriāt/aut qui ſagittarii dicunt: aut
etiam qui picas ab acutiore roſtro dictas ge
ſtant in bello: quod genus armorū exercent
optime Suitenſes. Sūt etiā extra militiam
Spiculatores in. l. diuus. ff. de bonis dānato-
rum qui ſūt iudicum ſatellites: qui dānatos
cum ſpiculis ad ſupplicium ducunt. Spicula
tores quoqꝫ pricipis laterones antiquitas di
xit. Sueto. in Othone. quinqꝫ Spiculatoribꝰ
cōmiſſa eſt res. vbi Beroaldus ex bonis au-
ctoribus multa: illic autem dixit optiones
eſſe quos Centuriones aut decuriones ſibi
optāt miniſtros/eos collegas ſeu cooptatos
atqꝫ vicarios ducum eſſe docui in his libris.
